



od
bel. Min

i/1
2/1
3/1
4/1
5/1
6/1
7/1
8/1
9/1

+





Series.
Tractationum et Dissertationum
quas continet.


Vol. II.


- 1) De Privilegio Saxonico de non appellando
ad terras Saxonicas, Thuringicas, et Francoconias
extendendo. Praef. Joh: Fridr: Hertel. Resp.
Joh: Adam Waike. cum Proo: Joh: Jas: Brousselli
quo privilegium Saxonicum de non appellando etiam quatenus
substantiale privilegium familiae reneria ad sumu Imperii
tribunalia extendere intendit.
- 2) De iustitia. S. P. F. consilio cum primis Wette
vicorum et vicariarum ab ex francogis. Hohenber-
corum conventionalibus. Praef. Petr: Herm: Kon-
merich. Resp. Joh: Lud: Sepheris Pflanz. Jeanne habitus
- 3) Differentias Jurium in Praedictoria Jurisdictione
Nobilium Saxo-Guthenstapff. Gulst. ad Art. XXV. et XXVI
Ab: Joh: Pet: Ludewig. Resp. Alb: Jac: Bühler Halae habitus
- 4) De aedificiis Praedi nobilis quon Githenst. Praef.
Petr: Kuller. Resp. Fr: Christoph: Dalgmann.
- 5) De Testamento Episcoporum Germaniae. P: Adam Gold-
Buder. Resp. David Guther.
- 6) De Archicamerariis. S. P. F. observationes miscellae
per Praef. S: Georg: Franc: Fried: Helmershausen
Resp. Jul: Christ: Quadmann Erfordiae habitus
- 7) Commentatio de Jure Imperii Seno et Cenodis et
insignibus Imp: minus pleno et inefficaci in Germania habet.
S: Christ: Henr: Eickard.
- 8) De Investitura renovat. Praef. Christ: Melldroze.
Resp. Casp: Alb: a Drey. Jeanne habitus
- 9) Nobilia Juris Feudalis Dano Norvegiae Praef.
Christ: Gott: Buder. Rp: Fridr: X: P: Sept. cura Proo:
de Feudo Sarsfeldis. Joh: Lud: Kazam.

- 10) de Remissione Feloniae Facta. Pp: Guif. Hier.
Brunon: Rr: Georg Phil: Stenzer.
- 11) de venatione Plecuria non quoad Jazdy
Rr: Petr: Mallet. Rr: Paul Georg Krtin.
- 12) de Jurisdictione Superiori sive alla et inferiori sic habita
Rr: Georg Engelrecht. Rr: Joh: Joach: Boden:
Helmstadi habita.
- 13) de Praestationibus Galliarum non solum in
Rr: Georg Gdr: Deinlin. Rr: Jac: Christ:
Oelshafen. Altorffii habita.
- 14) de Jure custodiendi redditus vacantis beneficii
Rr: Just: Henr: Boehmer. Rr: Georg
Dav: Paquet.
- 15) de Jure primi fori. Rr: Joh: Georg Estor.
Rr: Elias Rhd: de Bruber.
- 16) de Jure Provincialibus sive Provinciis. Rr:
Capp: Achat: Beck Resp: Joh: Paul: Vorzel.
- 17) de regibus insignibus Rr: M: Tob: Eckhard
Rr: Christ: Henr: Eckhard: in Gymnasio quedia-
burgensi habita.
- 18) de Jure episcopali non solum in
sub Rom: Strykio habita a Justo Henrino Boehmer.
- 19) Gallicis Joh: Jac: de Jurisprudentia Principum
Ordinum. Rr: P. G. F.
- 20) de Reribus Joh: Georg. de Adoptionibus et
Emancipationibus Principum.









DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,
DE
**PRIVILEGIO SAXONICO
DE NON APPELLANDO AD
TERRAS MISNICAS, THVRINGI-
CAS, ET FRANCONICAS
EXTENDENDO.**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
WESTPHALIAEQVE ETC. COMITE ITEM SAYNAE ET
WITTGENSTEINII, ET RELIQVA,
EX DECRETO INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
IN ACADEMIA SALANA

SVB MODERAMINE

IO. FRIDERICI HERTELII, D.
INSTIT. IVR. PROFESSORIS ORDINARII, CVRIAE PROVINC. SAX. COMM.
FACVLT. IVRID. ET SCABINATVS ASSESSORIS,
PRO GRADV DOCTORALI

EIVSDEMQUE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS
IN AVDITORIO PVBLICO

AD DIEM FEBRVARII *cl* Idc XXXIV.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
AVCTOR ET RESPONDENS

IOANNES CHRISTIANVS VVAITZIVS,
GOTHANVS.

—
IENAE, EX OFFICINA MVLLERIANA.

DISSELTATIO INAVOYRALLIS IVRIDICA.

DE
PRIVILEGIO SAXONICO
DE NON APPELLANDO AD
TERRAS MISNICAS, THIRINGI-
CAS, ET FRANCONICAS
EXTENDENDO.

•OYAM

RECTORI MAONNIGENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DN. GUILIELMO HENRICO

DUCE SAXONIAE, VLTACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
WESTPHALIAE ET C. COMITIS ITEM SAKNAE ET
WITTEGENSTEIN, ET REICHAU,

EX DECRETO INGLYTI ORDINIS IVRIDICI

IN ACADEMIA SALANA

SVB MODERATIONE

IO. FRIDERICI HERTELII, D.

INSTIT. IVR. PROFESSORIS ORDINARI, CIVIS, IVRINIC SAX. COMM.
PACAL. IVRIDI. ET SCABINATVS LEGISORIS,

PRO GRADV DOCTORALII

EVSDEMQUE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS

IN AVDITORIO PUBLICO

AD DIEM FEBRUARIAE MDCCCXXXV.

PUBLICAE ERVDITORVM DISCVSSIONI SVBMITTIT

AUCTOR ET RESPONDENS

IOANNES CHRISTIANVS VAITZIS,

COTHENVS

100

LENAE, EX OFFICINA MILLERIANA.



SERENISSIMO DVCI
AC PRINCIPI
DOMINO
FRIDERICO

DVCI SAXONIAE, IVLIAE CLIVIAE MON-
TIVM ANGARIAE ET VVESTPHALIAE
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIO-
NI MISNIAE COMITI PRINCIPALI HEN-
NEBERGAE COMITI MARCHIAE ET RA-
VENSBERGAE DYNASTAE IN RAVEN-
STEIN ET TONNA

DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO

DVX SERENISSIME

PRINCEPS AC DOMINE CLEMEN-
TISSIME

FRIDERICUS

DUCI SAXONIAE, IVLIAE CIVITAE MON-
TIVM ANGARIAE ET VVESTPHALIAE
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIO
NI MISSIAE COMITI PRINCIPALI HEN-
NEBERGAE COMITI MARCHIAE ET RA-
VENSBERGAE DYNASTAE IN RAVEN-



Vamvis non una, sed plu-
rima inciderint dubita-
tiones, animumque diu
perturbaverint, an ad-
itus; DVX SERENISSIME,
ad splendidissimum Tv-
vm palatium pateret, vel
humil-

humillimo Tvo. servo ille tantum interclu-
deretur? Fama tamen, quæ per totum ter-
rarum orbem de Tva laudibus immortalibus
nunquam satis efferenda clementia, im-
mensa cura pro felicitate terrarum & subdito-
rum, egregio studio ad fastigium evehendi
justitiam, plurimisque æternam memoriam
efficientibus præceptis & institutis virtutibus
atque ornamentis divinis penetrat atque per-
vadit, ex longissime remotis terris me tandem
allexit, studiisque incendit, TIBI clementis-
sime PATER PATRIAE primas literarum mearum
victimas immolandi, dissertationemque hanc
inauguralem ad pedes Tvos abjiciendi.
Præter sententiam certissime fluunt omnia,
si, PRINCEPS CLEMENTISSIME, radiis amplissi-
mæ TVAE gratiæ tenebras hujus laboris de-
leveris, funditusque sustuleris, Singularique
TVA clementia animum meum fere abje-
ctum extollendi, veniam concesseris. Qua
fiducia me nitens, TIBI PRINCEPS CLEMENTISSI-
ME, cum indefessis ad Deum erectis suspi-
riis, Te in perpetuam Serenissimæ Domus,
atque terrarum TVARVM salutem contra
turbulentos rerum adversarum impetus fide-
lissi-

lissime defendendi, ac tuendi, largissimisque
præmiis virtutes TVAS innumerabiles cumulan-
di, Serenissimamque TVAM VXOREM & mentis
& corporis ornatibus omnibus fulgentem
præsidio suo potentissimo claudendi ac sepi-
endi, hunc exiguum laborem submississime
trado, gratiæque TVAE me totum com-
mitto

DVX SERENISSIME
PRINCEPS AC DOMINE
CLEMENTISSIME

Jenæ MDCCXXXIV.

d.

Humillimus & fidelissimus Servus.

IOHANNES CHRISTIANVS V VAITZIVS.



CAP. I.

*De Origine & Causis Saxonici
de non appellando privilegii.*

S. I.



On ultimum locum inter excellentiora Serenissimis SAXONIAE DUCIBVS propria jura, *Dignitas & vigor hujus Privilegii de non appellando, privilegii.* Privilegium de non appellando, obtinere, in eorum scientia, rerum publicarum cognitionibus quodammodo interventium, versatur. Et si, quod Principi placuit, legis vigorem habeat, *l. 1. ff. de Const. Princip.* observantia hujus privilegii amplissimi tanto majore diligentia erit custodienda,

da , quanto majorem devotionem ipsis *Principibus Saxonie Serenissimis*, utilitatesque Subjectis affert.

§. II.

*Origoejus
ad Aur.
Bull. re-
fertur.*

Unde privilegium de non appellando originem duxerit? tot fere opiniones inveniuntur, quot Doctores hujus rei mentionem fecerunt. Ad tempora *Sigismundi* quidam referunt dictum privilegium, vid. *ARVM. in disput. de jur. non evocand. Thef. 2.* verbis Imperatori *Ferdinando* oblatis memorialis sine dubio commoti: Wenn aber über das in unverbrogener observantz aus der gülden Bull habendes Recht de non appellando, de non avocandis causis & subditis, Seine Churfürsliche Durchlaucht Hochst. Herren Vorfahren ein special privilegium aus daselbst angezogenen statlichen Ursachen von Kayser *Sigismundo* allerglormwürdigsten Andenkens in Jahr 1423. erworben, &c. (Cujus Privilegii exemplum refert *LVNIG. in Archiv. Imper. tom. II. part. spec. 2. pag. 258.*) *Dn. ZINZERINGIVS* prima hujus privilegii vestigia temporibus *Sigismundi* intrepide quaerit, ex verbis privilegii *Sigismundini*, Nach Christi Gebuhrt 1400. und darnach in 23. Jahre an unser lieben Frauen Tage annunciationis. *Illustris Dn. LVDEWIG ad Aur. Bull. Tit. XI. §. 5. lit. 7.* privilegium de non appellando ante *Aur. Bull. Electoribus Saxonie* competisse, argumentis admodum probabilibus propugnat. At enim vero verba Aurea Bullae plenissime adversari videntur: *Eandem constitutionem virtute legis presentis nostrae imperialis, ad illustres, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxonie, & Marchionem*

Bran-

Brandenburgensem, Principes Electores seculares. s. laicos, heredes, successores, & subditos eorum plene extendi volumus. Nam Caesarea Majestas, ut privilegium, cujus ante Auream Bullam Clerici Electores participes fuere, ex nunc, vi promulgatae Aureae Bullae, ad Laicos Electores emolumenta non minus traducat, aperte sancit, quod verba: *virtute presentis legis, & finalia: extendi volumus &c.* perspicue involvunt, atque ita dictum privilegium de non appellando ante Auream Bullam ad Electores Laicos non pertinuisse absque dubio emanat. Ad quam sententiam sese accommodat B. BECHMANNVS in *dissert. de jur. Seren. dom. Sax. §. 29. sqq.* Hæc origo potius ex Aurea Bulla petenda erit. Eamque opinionem sequitur Dn. Carpzov. *de lege reg. Germ. Cap. 3. Sect. 3. & Dissert. de privil. El. & Duc. Sax. de non appelland. c. 3. §. 30. seq.* Ex quo apparet, utriusque privilegii autorem fuisse Carolum IV. qui promulgatione Aureae Bullae id beneficii Archi-Principibus Electoralibus indulgit, ne subditos eorum ad tribunal extraneum evocare, vel ab eorundem sententiis appellare, cuiquam fas sit. Qui Ferdinandi privilegium Ann. 1559. (cujus exemplum exhibet GTLMANNVS vel potius WEHNERVS tom. 6. *symphorem. p. 21. seq.*) acuto animo perpendit, eaque verba potissimum: *Weil jedoch so wohl bey dem Churfürsten vermöge güldener Bull ic, quae memoriae conferenda; in dubium vocare nunquam poterit,*

B

quia

quin privilegium de non appellando suam sedem
in *Tit. XI. Aur. Bull.* constituat.

§. III.

*Ad Duces
Saxon. ex-
tenditur.*

Quæ in medium aspectumque protulimus
ad potentissimum Saxonix Electorem hactenus
spectant. Quod tamen beneficium de non ap-
pellando ad ceteros quoque Duces Saxoni-
cos fit extendendum, Illisque jure meritoque compe-
tat, demonstrari est necesse, nec difficile. Nam
Beneficium Imperatoris, quod a divina ejus in-
dulgentia proficiscitur, quam plenissime interpre-
tari debemus, *l. 3. ff. de Constit. princip.* Itaque
hoc privilegium de non appellando limites Ele-
ctoralis familiaris transgredi, asserendum est ex his
justis & præcipuis rationibus :

§. IV.

*Etiam Er-
nestinam
Lineam.*

Lineæ *Ernestine*, ut historix satis asserunt,
olim inhærebat dignitas Electoralis ; hac autem
in *Albertinam* translata, prærogativa Electorum
quoad hoc privilegium, nihilominus reservata fu-
ere ; Ita Imperatores in renovationibus & Con-
firmationibus eos silentio nunquam prætermisere,
privilegia e contrario omnia ad Ducum regiones
& ditiones simul protraxere, inprimis de Ann.
1559. Præterea etiam Duces Saxonix privilegium
de non appellando quiete per immemorabile tem-
pus possedere ; haud inique ideo ad omnes Sa-
xonix Duces extenditur. conf. *Illustr. LVDEVVIG.
ad Aur. Bull. Tit. XI. §. 5. pag. 43. seq.* Ad hanc
imme-

immemoriam præscriptionem quoque provocat
 BECHMANN. in disput. de jur. Saxon. dom. §. 29. &
 CARPZOVIVS d. Dissert. c. 3. §. 32. Et quamvis in Au-
 rea Bulla de hoc privilegio nil esset dispositum,
 sufficeret tamen immemorialis præscriptio, quæ
 est instar privilegii. Hæc ratio ab *Augusto* in
 renovatione privilegii fuit adducta, & a *Ferdinan-*
do repetita hisce verbis: So wäre es doch gleich-
 wohl nicht allein bey seiner Liebden Vorfahren
 dem Churfürsten zu Sachsen, sondern auch
 bey denen andern Fürsten des Hauses zu Sach-
 sen über hundert und mehr Jahre, und also
 weit über Menschen Gedencen eingeführet ic.
 In privilegio *Maximil. I.* longe ante supra notatam
 Constitutionem est reperiendum, beneficium de
 non appellando cum omnibus Saxoniarum ducibus
 esse communicatum: In kraft dieses Briefes,
 daß solch sein und anderer Herzogen von ver-
 willigung der gemeldeten Ordnung Cammer-Ge-
 richts halber seiner Liebden und dem Hause Sach-
 sen an ihren Freyheiten, Gebrauch und herkom-
 men unvorgreiflich und unschädlich seyn solle.
 B. CARPZOVIVS: Non itaque est, bene ait, quod metua-
 mus per nudam extensionem contra naturam privile-
 giorum principibus Electoralium familiarum quicquam
 indulgeri, cum ipsamet privilegiorum verba ipsis sub-
 veniant: Cap. 9. Sect. 6. de leg. reg. Germ. Conf.
 EIVSD. Dissert. de priv. Elect. & Duc. Sax. de non
 appelland. c. 5. §. 47. seq.

§. V.

*Distinctio
in privile-
gium per-
sonale &
reale h. l.
rejecitur.*

Distinctiones doctorum in privilegium personale & reale, quæ his locis ex privilegio Ferdinandi; ubi certæ tantum personæ, quibus dictum privilegium proprium dicaretur, Johannes Fridericus, Johannes Vilhelmus, & Johannes Fridericus Junior, inveniuntur, objici possent, nullius momenti, habentur. Licet enim l. 1. ff. de Const. princip. & Reg. 7. in Sexto Decretal. expresse statuunt, privilegium personale personam sequi & eum persona extingui: Attamen Sicut privilegium de non appellando non uni tantum personæ Ducum Saxoniorum, sed toti Serenissimæ familiæ est additum, personæque nominatæ tunc temporis renovationem desiderantes non exclusis successoribus, potius inclusis, hic accipiendæ, & exprimentur, cum renovationem petierint, & acquisiverint non pro se solis, sed Successoribus & Heredibus omnibus, sicuti sequentia illustrabunt; est itaque privilegium gentilitium: vid. *Illustr. Dn. de LVDOLF. comment. System de Jur. Camer. p. 179.* ubi monet, quod privilegia de non appellando non sint mere personalia, sed ad familiam restricta. *Et Tit. XI. Aur. Bull. §. 5.* ibi: *ad heredes & Successores eorum Plene extendi volumus: it. Renov. Ferdinandi 1559.* ubi heredibus non minus prospicitur: und die Chur- und Fürsten, zu Sachsen, ihre Erben und Nachkom-

kommen sich derselben erfreuen, genießen und rüh-
 lighlich gebrauchen mögen, von uns und unsern
 Nachkommen am Reiche, Römischen Kaysern
 und Königen, und sonst männiglich daran unge-
 terret, und ungehindert: Jura supra allegata faci-
 le dilabuntur: l. 106. de R. J. e contrario locum
 teneat: quædam ad heredem transmittantur, quæ
 causa sunt, l. 4. ff. §. 3. de Cons. & BRVNEMANN. *supra l. 1*
ad Cod. Tit. 16. Libr. XII. Privilegia universitati da-
ta, seu collegio, aut Familia, porriguntur ad om-
nes, in eodem collegio in posterum succeden-
tes. Quibus ex rationibus nullam mentibus in-
harere dubitationem, credo, quod privilegium
de non appellando ad omnes Saxonie Duces ex-
stantes & posteros eorumque terras omnes
fit derivandum. Silentio verba GROTII de J. B.
C. 18, §. 4. non sunt prætereunda: Verius est, pri-
villegia ita interpretanda, ut aliquid tribuant, ultra
jus commune.

§. VI.

Occasionem privilegii de non appellando Cause mo-
 sine dubio peperit ratio Tit. 3. Aur. Bull. ubi Electo-
 res, Columnæ proceres, sacrum ædificium circumspæctæ
 prudentiæ quorum solerti pietate sustentatos; præsi-
 dio dextera imperialis potentia roboratur, appellantur.
 legii:

Quoniam ergo Cæsari, totique Imperio Romano a.) Meri-
 sua providentiæ sunt præsidio, pars imperii Ro-
 mani, atque subditorum, voluntati eorum potius
 poterit committi, eo magis, eum Principes, sa-
 Domus
 Saxonica:
 ut &

luti rerumpublicarum dies noctesque invigilandi omnes curas conferrent: Vid. *L. un. §. 14. C. de caduc. tollend. & II. Feud. 55. ibi: Quod communiter omnibus prodest, hoc rei privatae nostrae utilitati preferendum esse, censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum, imperialiter existimantes.* Add. CARPZ. d.

b.) *Justi. Dissert. cap. 4. §. 41.* Alias hujus privilegii causae administrationem nempe Justitiae perfectam, salutemque subditorum, exprimit renovatio *Perfectionis* Ferdinandi 1559. Es wäre auch solche Gewohnheit und altes Herkommen nach Gelegenheit ihrer Liebden Landen aus unvermeidlichen rechtmäßigen vernünftigen Ursachen und vornehmlich aus dem also eingeführet, daß das Haus zu Sachsen mit einem sonderlichen Recht, welches man das Sachsen Recht nennet, von Römischen Kaysern und Königen unsern Vorfahren privilegirt und Begnadet, ic. Vbi: plurimae aliae magni momenti rationes commemorantur. Ad quas merito adscribendum, quod DUCES SAXONIAE *Serenissimi* in provinciis, praefecturis & civitatibus certa jura atque judices creaverint, quorum diligente cognitione res litigiosae deciderentur, alteraque parte laesa, alteri leutationem, superleutationem interponendi, ab hisque ad iudicium aulicum, tandem ad superiorem ipsum provocandi, libertas relinqueretur, ut ita plura remedia suspensiva & devolutiva sententiae definitiva nimio essent impedimento, ideo via, ad exteriora iudicia litem pro-

protrahendi, omnino præcludenda : Privil. Ferdinandi : zu dem hätten auch vor vielen Jahren, sqq. LIMNAEVS *Jur. Publ. Lib. 3. C. 10. n. 37.* hanc ob causam scribit, quia gradatim his in terris appellare licet, primo a civitatibus ad curiam provincialem, & ab hujus sententia ad Electorem, appellatione ad Cameram opus non erit, nec etiam jure fieri poterit, cum sic tertio non liceat provocare, Porro indefessa pacis publicæ sollicitudo, inæstimabilisque vigilantia in rebus ad emolumentum imperii & Subjectorum multum conferentibus fides, gravitasque aperta, quibus ex circumstantiis Imperatores fuere pervasi, Electores cum Ducibus Saxonix optime administraturos Justitiam v. CARPZ. *Secl. 6. C. 9. de leg. reg. Germ. & cit. Dissert. c. 4. §. 40. junct. §. 44. seq. & KNICHEN. in Comment. de Sax. non provocand. jure, C. 1. n. 127.* ubertim in Electorum & Ducum Saxonix terris justitiam coli inquit, ut nullus legitimam lugiendi causam, & aliquo modo ad Majestatem Cæsaream provocandi, nancisci possit. Tandem incommoda, & impensæ, extra- c.) *Incom-*
neis in judicii jus suum prosequentium : privil. moda evi-
Ferdinand. Hergegen, wenn der Parthey, so die tanda re-
 Sachen durch so viel gleichförmige Urtheil ver- *motioris*
 loren, und dieselbe zu ihren Vortheil gern lang *fori.*
 aufziehen wollten, über dieses alles sollte nachge-
 lassen werden, an uns und des Reichs Cammer-
 Bericht zu appelliren, würden die Rechtfertigun-
 gen

gen dadurch unsterblich gemacht werden, und müssen endlich die Armen, so gleich eine gerechte und gute Sache hätten, von wegen ihres Unvermögens rechtlos bleiben. *CONF. CARPZ. cit. Diff. cap. 4. § 46.*

2.) Causa minus probabilis: ignorantia juris Saxonici.

§. VII. *Non sine ratione B. CARPZOVIVS Cap. 4. Sect. 4. de leg. reg. Germ. cum KNICHEN. de Sax. non probabilis: ignorantiam juris Saxonici fervire loco causae impulsivae arbitrantur, ne a Curiis Saxonici ad Camerae lites protrahantur: Absent, inquit laudatus CARPZOVIVS, qui Juris Saxonici in aliis imperii iudiciis ignorantiam causam principalem privilegii de non appellando, affirmant. Quamvis Ipse in cit. Dissert. c. 4. §. 42. hanc causam tanquam verisimilem concurrentem admittat.*

Vera cause confectarium: brevis & plena iustitiae cultura.

§. VIII. *Quamquam non negandum, in privilegio Ferdinandi contrariam opinionem aliquod refugium invenire: und sonst denen auswärtigen Gerichten und Urtheilsverfassern unbekandt wären, derothalben einige appellation an ausländische Dertter, da man dieses Rechtes keinen Bericht hat, zuthun, als gefährlich, und unzulässig nicht verstattet werden: pro causa principali haec verba tamen nunquam poterunt assumi, sed quod probabilius, brevis & plena iustitiae cultura, cujus confectarium, jam jam narratum secundum l. 1.*

ff. de

ff. de justitia & jure, ubi ad imperii gubernacula sedentes justitiæ custodum nomina sibi vindicant, & *Justinianus* de se ipso ad immortalitatem venerationis suæ prædicare, nullus addubitavit, illum justitiæ tueri, & boni, & æqui notitiæ profiteri. Eamque mentem, justitiæ exercitium perfectum, tanquam unicam causam generalem præsentandi, gerit *Aur. Bull. Tit. XI. §. 4.* a contrario concludendo: In defectum vero justitiæ prædictis omnibus ad imperialem duntaxat Curiam & tribunal, s. judicis immediate in imperiali Curia pro tempore præsentis audientiam: Et etiam eo casu non ad quemvis alium judicem, s. ordinarium, s. etiam delegatum, his quibus denegata fuerit justitia, liceat appellare. Felix ita ter & amplius felices, quorum ætas in tempora incidit, quibus loco symboli verba *Iustiniani Libr. II. Inst. Tit. 17. §. 17.* mentibus præfigunt Principes licet legibus simus soluti, legibus tamen vivimus.

C

CAP.

CAP. II.

De Confirmatione & Renovatione
Saxonici de non appellan-
do privilegii.

§. I.

Successor
teneatur
anteceffo-
rum pri-
vilegia
confirma-
re.

Successorem non posse revocare, qua valide ab Antecessore fuere concessa, imperiales constitutiones satis abundeque defendunt; quod de jure civili non veritati & æquitati solum maxime convenit, sed etiam juri publico. HAHN. ad VVesemb. l. 1. Tit. 4. COCCEI. Jur. controv. ad ff. Tit. IV, quæst. X. quia Cæsarea Majestas simul cum Electoribus, non suis nominibus tantum, sed nomine universi Imperii jura atque privilegia in inferiores status conferunt. Electione enim, solennitatibusque omnibus ordinario modo ad exitum pro- vectis, de quibus confer. COCCEI. Jur. Public. prud. Cap. 8. ad Capitulationem Imperator, quæ summam auctoritatem ne minimis minuit, obligatur, Dn. DANCKELMANN. de imper. in pares, cum hujus observantia ad auctoritatem Statuum semper illaesa manserit, LEHMANN. Chron. Spir. Libr. 2. Cap. 4. iisque in regenda republica romana partes, jura, atque potestas quadam reservata fuerit.

§. II.

Exemplo
& testi-

Optimum hac de re testimonium in publicam lucem edidit CAROLVS IV. Tit. 2. §. 8. Aur. Bull

Bull. Quia de approbata & laudabili antiqua consuetudine tam in convulsa, quam immutabili-
 liter semper existit haecenus observatum: idem-
 oque & nos constituimus, & de imperiali de-
 cernimus plenitudine potestatis, quod is, qui mo-
 do praemisso in Regem fuerit Romanorum ele-
 ctus, peracta statim electione hujusmodi, prius-
 quam in aliquibus causis aliis, sive negotiis, vir-
 tute Sacri imperii administret, universis & sin-
 gulis Principibus Electoribus ecclesiasticis & se-
 cularibus, qui propinquiora S. imperii membra
 esse, noscuntur, omnia ipsorum privilegia, lite-
 ras, concessionis, antiquas consuetudines, &c.
 absque dilatione & contradictione confirmare &
 approbare debeat.

*monio C. &
 roli IV.
 Imp.*

§. III.

Elucet ex his copiose, quamvis summa po-
 testas Imperatori sit tradita, nihilominus cum,
 jura & consuetudines Principum renovare, &
 confirmare, de jure adstringi. Aptissimum etiam
 ad magnitudinem atque praecellentiam tanti Im-
 peratoris, si suum cuique tribuit, dignitatesque
 Statuum, eorumque excellentiam omni robore ful-
 ciendi, ad mentem, animumque adverit, cum il-
 lius Majestas tam firme atque juncte potestati or-
 dinum sit annexa, ut nulla satis firmata & muni-
 ta consistat, altera vacillante. Quae, quod jure-
 jurando asseveret Imperatori ex Capitulatione per-
 petua potest probari, cujus formula: *Wir ver-*
sprechen

*Quod eve-
 nit in Im-
 peratoris
 & Imperii
 praecellen-
 tiam.*

sprechen, daß wir denen articula stets und ge-
frenklich nachkommen, und solche halten wollen,
auch sonstien alles thun, was als erwählten Rö-
mischen Kayser gebühret, als uns Gott helfe,
und sein heiliges Evangelium. GOLDAST. p. 11.
Reichs-Satzungen, p. 186.

§. IV.

*Qua con-
firmatione
fruitur
privilegi-
legium Sa-
xon. de
non appel-
lando.*

Eadem confirmatione privilegium de non
appellando, postquam a *Carolo IV.* cum Electo-
ribus secularibus, postea Saxoniae Ducibus, beni-
gnissime communicatum, quoque fruitur; sicut
privilegium *Ferdinandi Ann. 1559.* ab Augusto Ele-
ctore, ceterisque Saxoniae serenissimis Ducibus
impetratum, satis asserit, Ducesque Saxoniae, hoc
privilegium in multis conventionibus & comi-
tiis ad renovationem, & confirmationem esse pro-
positum, ab Imperatoribus quoque comproba-
tum, nunquam vero neque ab Imperatore, neque
ab Electoribus rejectum, potius in ordinationem
Cameralem Ann. 1555. receptum, ad aeternamque
memoriam protocollo imperiali proditum, non
sine rationibus allegavere: Welche Gerechtigkeit
der Chur- und Fürsten zu Sachsen dieselbe auf
vielen Reichs-Tägen, wenn von Verbesserung
der Cammer-Berichts-Ordnung gehandelt wor-
den, öffentlich vorbringen lassen, und wäre sol-
che niemahls von Kayser, Chur- und Fürsten
verfochten, sondern in der Cammer-Berichts-
Ordnung Anno 1555. die Claulul. *salvis privilegiis*
ein:

einverleibet worden, auch solche des Hauses Sachsen Gerechtigkeit in des Reichs protocoll zum ewigen Gedächtnis verzeichnet worden, wie den Chur-Fürst Moritz, Herzog Johann Friedrich der ältere, und Herzog Johann Ernst anno 1552. an Kayser Carolum V. suppliciret, daß denen Cammer-Richtern, und Beyßigern möchte befohlen werden, die appellationes nicht anzunehmen.

§. V.

Qua renovationes, primario respectu *Du-Cujus re-*
 cum Saxoniz, ex causa temerariae provocationis *novatio-*
 subditorum, absque ulla consideratione privilegii *nes exi-*
 ad Cameram imperialem lites devolvere, tentan- *gunt te-*
 tium, utiles, maximeque necessaria videbantur, *meraria*
 non ob periculum, dictum privilegium sine *subdito-*
 renovatione periturum, quod, dum ab Imperatori- *rum pro-*
 bus & Electoribus esset comprobatum, & imperi- *vocatio-*
 ali protocollo insitum, evenire nunquam pote- *nes.*
 rat; potius, ut eorum subjecti vi renovationis ad
 plenissimam & constantem observationem exci-
 tarentur, si non, ut ex Constitutione provinciali
Wilhelmi addiscendum, poenas incurere vellent. A-
 liud renovationis indicium subministrat memoria-
 le Ratisb. 1670. In quo aperte legitur, privilegium
 speciale ab Imperatore *Sigismundo* impetratum,
 sub omnium Imperatorum regimine renovasse
 Duces Saxoniz: Wenn aber über das in unber-
 brochner observanz aus der gülden Bull ha-
 ben

bendes Recht de non appellando seine Churfürstl. Durchl. Hochlöbl. Herren Vorfahren ein special privilegium aus daselbst angezogenen statlichen Ursachen von Kayser Sigismundo aller glorwürdigsten Andenkens im Jahr 1423. erworben, von Kaysern zu Kaysern dessen bestetigung erhalten ic. Vltiorem renovati privilegii probationem suppeditat rescriptum *Maximiliani I.* Ann. 1512. Wir *Maximilianus* Sec. Cum clarissimis expresionibus, privilegia & Consuetudines Ducum Saxoniz viribus atque usibus nullo modo privati debere. Porro *Mauritii* Electoris, Ducis *Johannis Friderici* Senioris, & *Ernesti* *Johannis* supplicationes ad Imperatorem *Carolum V.* contra eorum sententias definitivas appellationes factas non admittendi, e contrario remittendi, iudiciis Camerae Assessoribusque imperandi, ne appellationes accipiant, Ducumque Saxoniorum privilegia, a multis annis conservata, sequentibus temporibus extenuari, subditosque libertatem, contra apertum privilegii sonum insurgendi, sibi arrogare, autoritateque Caesaris & Ducum extraordinaria licentia abuti patiantur. Es hätten auch weiland seiner Liebden Brüder ic. Supra quoque jam annotatum *Ferdinandi* privilegium 1559. non minus *Rudolphi II.* omniumque Imperatorum subsequantium verbis Capitulationis testantibus: Und Ihnen dazu Ihre regalien Obrigkeit, privilegien in beständiger Form ohne alle Weigerung confirmiren und bestet

bestetigen, Sie auch dabey als Römischer König
handhaben schützen und schirmen ic.

§. VI.

Legis virtutem esse imperare, vetare, per. *Vim legis*
mittere, punire, probat l. 7. ff. de Leg. Serenissimi *poenalis*
Saxoniz Principes laudabili cura idcirco sibi Au-
duere, privilegio de non appellando, tam respe- *habent*
ctu Imperatoris, quam Ducum Saxoniorum, na- *contra vio-*
turam legis induente, efficaciam privilegii absque *latores.*
mutilatione contegendi, proterviaque eorum, de
illius violatione meditantium, omni modo resi-
stendi, ne res, ex qua tanta, & largissima commo-
dorum copia ad subditos redundat, contrario usu
viribus orbetur. Mirabilis ideo videtur conatus,
quod nihilominus status provinciales contra privi-
legium Camera imperiali appellationes obtulerint,
& contumacia sua non recesserint, usque dum
Dux Serenissimus *Wilhelmus III. 1446*, admonitis
omnibus iudicibus ad accuratam justitiam, ordi-
nationem provincialem luci publica exposuit,
contra eamque in minimis quoque aliquid per-
petrantes gravissimis penis excruciare, minatus
est: Merito verba ordinationis ipsa recensenda:
Wäre es nun, daß jemand, wer der wäre, in
unsern Landen, Herrschaften, und Gebieten wohn-
haftig, &c. nicht genügen lassen, sondern davon
berufen, oder sonst ausländische Gerichte wieder
die unsern suchen würde, derselbe soll von Stund
an als ein Vechter des Landes gehalten werden,
und

und er soll nimmermehr in unsere Lande kommen, sondern die ewiglich räumen, lqq. Existat quidem l. 69. ff. de R. J. Invito beneficium non datur, secundum quam serenissimi Saxoniarum Duces, etsi jure naturali inferiorum saluti, quod *Grotius* & *Pufendorfius* largissime ostenderunt, quocumque modo prospicere, superiores oporteat, sint excusandi, permittentes, si privilegium hoc saluberrimum subditi exploderent, contrariisque voluntatibus eo se indignos efficerent, in innumerabilia pericula, & damna irruere.

S. VII.

Ad compescendam subditorum contumaciam. Magnitudo clementiarum erga subditos autem, autoritasque principum nunquam patitur, tranquillo animo subditorum perniciem perferre, contumaciaeque effrenatas ac indomitas voluntates sustinere, sed omnia remedia, eas frangendi, applicare. Si etiam mente animoque accuratius perlustro, violato privilegio de non appellando magis Principum autoritas, quam subditorum utilitas dirimeretur. Contra officia naturalia peccant subditi, qui obedientiam erga superiores abjiciunt, suisque impetibus dediti, sibi et ipsis damna & molestias comparant incredibiles: quibus sint vacaturi, quando consilia bene excogitata suis commodis metirentur. Licet damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi non aliis imputare debeat, cap. 86. de Reg. Jur. in VIto. Inobedientes ita ex sua contumacia nullum alium fructum,

ctum, quam poenas & afflictiones percipiant, quarum causæ efficientes illi ipsi; Tamen, cum verendum, ne proterritas altius evolet, ad conservationes autoritatis superioris est salutare, in principiis libidines immoderatas compescere & refrenare.

CAP. III.

De Usu laudati privilegii in universis Saxoniae Ducum provinciis ac Ditionibus.

§. I.

Priusquam de usu privilegii de non ap-^{Status}pellando in omnibus Saxoniae Ducibus de-^{Imp. suo} votis terris & provinciis pluribus sum sol-^{modo gau-}licitus, potestatem superiorum in suis territoriis ^{dent su-}investigare, requiritur. Quod Status imperiales ^{prematu.} immediati in suis territoriis ac ditionibus summum gerant imperium, nemini erit ignotum: Quam ob rem BOECLERUS *de Notitia rom. imper. Libr. V. Cap. 2.* ponit, omnes Imperii status habere in sua ditione jura, quæ fuerunt, & sunt summæ civilis potestatis. Sine discretionis judicio hæc vero non sunt accipienda. Summa enim potestate hoc loco posita, non intelligitur summa ratione Impera-

D

pera.



pervertoris & imperii, seu plane majestatica, sed ratione subditorum. Nulli enim, qui vitam in imperio Romano Germanico degit, erit! obscurum, summum rerum arbitrium voluntati Imperatoris esse relictum, tamen non in omnibus privative, seu absolute, quod nempe Statuum consensus nullo modo sit necessarius, sed cumulative, quoad modum administrandi, in hoc vel alio capite in Comitibus Imperii deliberando & concludendo.

§. II.

*Indeque
potestate
nomothetica*

Propter dictam summam potestatem statibus in territoriis facultas, leges & statuta ferendi, est attributa, quæ inter Regalia majora merito collocatur. COCCII. *Jur. publ. prud. Cap. 23.* MYLER. *ab Ehrenbach, de Princip. & Stat. Imp. P. 2. cap. 39. seqq. Schweder. jur. publ. Part. spec. S. 2. c. 13. §. 2. seqq. ibique B. De LTNCKER. analect.* quoniam tanta virtute in rebus publicis valet, quanta mens in corpore humano, GROTI. *de J. B. & P. Libr. 3. Cap. 3. §. 2.* ea extincta, facillime solo æquarentur imperia; Et libertas legibus derogandi; COCCII. *Cap. 23. l. c. Quæ,* quamvis a voluntate imperantis omnino pendeant, eo tamen revertendum esse, existimo, quod legislator formam reipublicæ, ejusque utilitatem ante oculos positam habeat, ad quam non minus superioris officium ac leges & Constitutiones sunt accommodandæ. *Distinct. 4. Canon. 2.* Erit autem lex honesta, justa, possibilis, seculum-

secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

§. III.

Qui facultate leges præscribendi, ea quoque est præditus, latas vel confirmandi, vel novis additamentis complendi, explicandi, & tollendi, vel in totum vel in partem : GROT. de J. B. et P. Libr. I. Cap. 3. §. 6. In omnibus vero maxima cura ad utilitatem subditorum, eorumque felicitates est convertenda; Qua prostrata, auctoritas & potestas Superiorum in deteriorem statum defleat. Eam potestatem Serenissimos Saxonie Duces tenere, nulla incidit dubitatio. Experientia de hac libertate non tantum testatur, sed plurima in eorum provinciis jura usitata. Quam ob causam privilegium de non appellando, a Majestate Cæsarea Electoribusque illis permissum, quod & ratione concedentium & accipientium, qui perfectam desiderant observantiam, proprietatem legis sibi applicat, universasque terras, provincias & ditiones ita ad perpetuam culturam obligat.

§. IV.

Quoniam nonnulla provinciæ Ducibus Saxonie antea non subjectæ, ab hoc privilegio esse exclusas, opinione finxerunt, quia privilegium

ad terras antea non subiectas Ducibus Saxonis. um non expresse de hoc vel illo territorio, ad quod respiceret, cogitavisset, specificè Saxonis terris, tempore impetrati privilegii Ducibus Saxonis parentibus esse affigendum, de facto ideo Cameram Imperialem adierunt, litesque eo devolverunt: exinde tamen nullum præiudicium privilegio, vel Principibus gignitur, potius, cum sub genere specialialia semper comprehenderentur l. 147. ff. de R. J. privilegiumque generalibus verbis uteretur, in ea sententia persevero, privilegium non ante possessas terras solum, sed reliquas omnes, quocunque modo acquisitas, complecti.

§. V.

Descriptio privilegii de non appellando.

Describitur hoc privilegium de non appellando, quod sit jus singulare a sententiis vel interlocutoriis vel definitivis non appellandi, contra jus generale concessum. Quamvis appellatio, tanquam singulare beneficium contra inferioris iniquitatem ad superiorem eundi, a jure sit delatum, in quibusdam casibus tamen ad Cameram imperialem non admittatur, si summa nempe non excedit 400. Imperiales, quæ olim 100. deinde 300. hodie 400. si status a quo, privilegium de non appellando vel in totum, vel ad certam quantitatem habet: COCCII. *Jur. publ. prud. Cap. 32.* add. CARPZ. *Diss. de privil. Elect. & Duc. Sax. de non appell. Cap. 1. §. 14.* Cum autem Duces Saxonis privilegium de non appellando in totum, quod purum & absolutum dicitur CARPZOVIO c. l.

§. 16.

§. 16. acceperunt, ad considerationem privilegii, usumque ipsum in universis Saxoniae Ducibus, de- ditis terris me convertio.

§. VI.

Privilegium de non appellando, quod omnes terras, non antea solum possessas, sed postea quoque acquisitas, contineat, per consequens ad terras *Misnia, Thuringia, & Franconia*, extendendum, oppugnant vulgaria Doctorum; Ratione concedentis latissime, quoad tertium vero strictissime privilegia sunt explicanda: LAVTERBACH. *Colleg. ff. tit. de Const. princip. §. 46.* (ubi notat, quod contra privilegium e. g. de non appellando, in Cam. Imp. in copia solummodo insinuatum, processus nihilominus decernantur. *arg. Conc. Cammer-Gerichts-Ordnung, p. 2. t. 31. §. 13. RVMELIN. ad A. B. p. 2. diff. 2. tb. 10. ibique MTLER. addit. & CVRTIVS Consil. 5. in pr.* privilegia, quam maxime id fieri poterit, sunt restringenda, ne lædant jus commune. Facile concedo, verba non laxius, quam de substrata materia esse protrahenda; cum autem verba privilegii tam in *Aurea Bulla*, quam in subsequentiis renovationibus, atque confirmationibus sint latissima, & de omnibus terris & subditis loquantur, nemo probare valebit, verba ultra sensum concedentis privilegium deduci. A contraria parte *illustr. Dn. de LVDOLF. comment. system. de Jur. Camer. S. 1. §. 13. n. 9. pag. 179.* concludit: Elector, vel alius Imperii Princeps



privilegium familiae, qua tali, v. g. qua Electori vel Duci Saxoniae tributum, non poterit id extendere ad Principatus, vel Comitatus alios, quos non possidet, qua Elector aut Dux Saxoniae, sed titulo alio Successionis, transactionis, &c. Sed respondetur, cum Imperatoris clementia in sensu largissimo sit assumenda, l. 3. ff. de Const. princip. privilegiumque de non appellando haud magis prorogetur quam concedens ipse voluisset; nam in plurali loquitur de omnibus, & non uno subiecto: ideo non potest dici, privilegium ultra modum protrahi, sed id, quod concedens & acquirentes senserunt, tantum observatur, ideoque nullus comprehendit, quomodo privilegium ad unum vel alterum subiectum stricte possit alligari? Vid. l. 219. ff. de V. S. In conventionibus voluntatem contrahentium potius, quam verba spectari placuit.

§. VII.

Per generalia verba privilegii & confirmationum.

Clarissima, & omni dubitatione vacua verba desuper adhibet Tit. XI. Aur. Bull. §. 5. ibi: ad subditos eorum plene extendi volumus; & praecedente §. 3. loc. all. quod nulli Comiti, Baroni, nulli personae subiectae, s. ejus incolae, cujuscunque status aut dignitatis ad aliud tribunal liceat appellare: Nullum video itaque adjumentum adversariam partem sustinentium. Praeterea a Carolo IV. usque ad VI. Caesares privilegium de non appellando non tantum generaliter renovavere & confirma-

firma-

firmavere, sed etiam omnes Ducum Saxoniorum sententias ratas ac firmas judicavere, uti patet ex privilegio *Ferdinandi 1559.* Weder an uns oder unsere Nachkommen an Reich oder Kayserlich Cammer-Gericht oder jemand anders appelliret, suppliciret, noch reduciret, werden soll, noch mag in keinerley Weise, sunt ita Duces Saxonix in perpetua & continua possessione, nec non Exercitio dicti privilegii in omnibus eorum terris ac ditionibus. Privilegium *Sigismundi 1423.* expresse omnes Ducum Saxoniorum terras complectitur, unde satis constat, privilegium de non appellando non uni solum, e contrario omnibus Saxoniorum Principum territoriis, quolibet modo partis, incumbere.

§. VIII.

Sic etiam *Illustr. Dn. LVDEVVIG. ad Aur. Ne an- Bull. Tit. XI. §. 5. pag. 43.* bene subsumit: quoniam privilegium ea de causa sit concessum, ne appellacionibus a sententiis autoritas Ducum Saxoniorum deminueretur; si autem libertas appellandi huic vel illi concederetur, privilegium effectu suo careret. Possit quidem objici, auctoritatem alterius non evertere media justitia: respondeo: tam multæ jus persequendi, & justitiam consecrandi patent vix in Saxonia, ut non sit credendum, justitiam denegari. Quam utilitatem enim afferret Leuteratio, Super-Leuteratio, Judicium provincialiale, & appellatio ad superiorem

rem ; quæ media *Ferdinandus* ipse in renovatio-
ne privilegii 1559. pro sufficientibus judicavit.

§. IX.

*Ob agniti-
onem Sta-
rum pro-
vinciali-
um.*

Porro a majori ad minus argumentum be-
ne ducit Dn. *LVDVIG.* h. m. Cum omnes status
electorales & provinciæ privilegium de non ap-
pellando agnovissent, quare non etiam minores?
Objicitur quidem ab adversariis : alterius volun-
tatem me non obligare, & quemlibet suo, non
alterius juri posse renunciare. In contrarium vero
mittitur & respondetur : licet aliorum ratihabitio-
nes meo juri nequeant præjudicare, cum tamen
superior jubeat, hanc vel illam legis formam co-
lere, quam potestatem nemo sana mente ornatus
denegabit, mandatum hoc, Imperatoris assensu &
statuum provincialium obtemperamento adprobā-
tum, reliquos minorum gentium subditos statim
compellit ad obsequium : alias nulla superiori-
tas ne quidem posset fingi, si inferiores suis vo-
luptatibus sese dedere & adhærere pro lubitu
valeant. Ejusmodi vero agnitionem & assen-
sum, quo Status Provinciales ordinationes Judi-
ciales Ducum Saxoniz, una cum Privilegio lau-
dato de non appellando lubenter per gloriam ob-
sequii adprobarunt, haut dubie docent scrinia si-
ve archiva Principum Saxoniorum.

§. X.

*Ob jus
autonomi-*

Et quis negat ? quemlibet superiorem gau-
dere facultate leges constituendi, & tollendi, uti

Supra

Supra §. 2. *seq. b.* demonstratum. Numne jura provin- cum Du^z
 vincialia, quod Saxoniz Duces hac potestate cum Sa-
 semper sint usi, satis confirmant? Quare hæc vel xon.
 illa provincia privilegium de non appellando par-
 vi duceret, quod, postquam ab Imperatoribus da-
 tum, & a Ducibus Saxoniz diu conservatum fu-
 it, ejusdem valoris, ac lex ipsa? Ne minima
 excogitari potest ratio, ac nimia contradicendi
 voluptas. Notatu digna sunt verba *Ordinationis*
provincialis Saxo Gotbane P. 2. c. 1. tit. 1. §. ult. ibi: Wä-
 re es auch Sache, daß sich jemand, wer der wä-
 re, in unsern Landen, Herrschafften und gebieten
 gefessen, an den ordentlichen Gerichten in unsern
 Landen nicht würde begnügen lassen, sondern
 von Unsern Hofe und Regierung, oder etwan
 fünffzig auch von einem appellation Gerichte, als
 den höchsten instantien, sich förder berufen, und ap-
 pelliren, oder sonsten ausländische Gerichte wider
 die Unserige, zuwider der löblichen und im Hau-
 se Sachsen wolhergebrachten Freyheit und Ge-
 wohnheit suchen, der soll seiner Lehn- und Erb-
 güter verlustig feyn, oder in Mangel derselben,
 am Leibe gestraffet werden. Thäte aber derglei-
 chen etwan ein ausländischer Kläger, wider den
 soll sträcklich und unnachlässig auf die Pön der
 hundert Marc löthiges Goldes, bey welcher ge-
 dachte Freyheit und Gewohnheit auch durch Kay-
 serliche Privilegia verwahret ist, verfahren wer-
 den. *lisdem verbis coincidit ordinatio provincialis*

zod

E

Saxo-

Saxo-Altenburgensf. p. 2. c. 1. tit. 1. §. wãre es auch ic.
 Recte ideo decidit B. CARPZOVIVS *Cap. 9. Sect. 4. de*
lege regia Germanica : Nimis coarctant privilegia de
non appellando, qui ad solas Electorum provincias,
quas primi acquirentes habuerunt, ea restringunt. Si
 nulla ratio, nulla lex, nulla potestas ad observa-
 tionem privilegii possit commovere, multum pon-
 deris haberent verba Ducum Saxoniorum in pri-
 vilegio *Ferdinandi 1559.* hæc omnia amplificare u-
 tilitates subditorum, ne coram extraneis judiciis
 cum innumerabilibus incommodis & molestiis
 lites exercent.

§. XI.

Obtinet in Principatu Coburgico & ceteris terris Hennebergicis.
 De Principatu *Coburgico*, qui pars *Henne-*
bergia, & jam ante pactum Successorium Anno
 1555. pacto matrimoniali a Carolo IV. confirmato
 1350. ad *Landgravios Thuringia* descendit, superio-
 risque *Saxonie* circulo adjungitur, minime dubi-
 tat *Illustr. Dn. LVDOL. in commentar. System. de Jur.*
Camerar. p. 181. ubi ad *KNICHENII d. tr. pag. 66. n.*
 73. provocat; quoad ceteras *Hennebergicas* terras
 vero negat. Sed nulla ratio, qua usui privilegii
 de non appellando in aliis terris impedimenta
 possint objici, oculis obvenit. Licet enim *Cir-*
culatorum ordo tunc magis fuerit constitutus, non
 tamen apparet, ubi Privilegium hoc ad certum
Circulorum ordinem sit restrictum? Confirma-
 tionem, quam *Carolus IV.* de principatu *Coburgi-*
co, subsequentes Imperatores, de ceteris ditioni-
 bus

bus dederunt, quod exinde colligendum, cum in renovationibus, posterioribus quoque, de *omnibus* territorii, & subditis, causis & negotiis generaliter cogitaverunt: vid. *Ferdinand privil. 1559.* In allen Sachen, durch Niemand, in was Würden, Stand oder Wesen der sey, weder an uns oder unsere Nachkommen, am Reich oder Keyserl. Cammer Gericht oder jemand anders appelliret, suppliciret, noch reduciret, werden soll, noch mag in feinerley Weise ic. Et cum privilegium propter officia utilissima Ducum Saxoniarum, regno & Imperatoribus præstita, plurima Justitiæ remedia in eorum provinciis, commodumque subditorum, est introductum: nequeo contingere, quomodo privilegium de non appellando ab Imperatoribus omnibus, sicut supra in *Cap. 2. de renovat. & confirmat.* deductum, tot renovationibus munitum, in angustum, & ad hanc vel illam terram specificè tantum possit adduci. Hoc loco utor GROTH sententia *Libr. III. Cap. 21. §. 14.* Est autem hoc privilegium neque tertio noxium, neque danti admodum grave, ideo intra verborum proprietatem laxa magis, quam stricta interpretatio admittenda, eo magis, si non petenti datum beneficium, sed ulro oblatum sit, multoque magis si ultra privatam publicam quædam utilitas negotio vertatur. Verba *Tit. XI. Aur. Bull.*, eorumque mentem, qui certo iudicio ponderat, ad eorum subditos *plene extendi* volumus, & §. 3. præcedentis,

nulli comiti, baroni, nobili, feudali, vasallo, Castrensi, militi, clienti, civi, rustico, *nulli* demum personæ subjctæ, seu ejus incola, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant, a processibus, sententiis interlocutoriis & definitivis, &c. appellare liceat: nimiam privilegii latitudinem, & ad unam vel aliam terram, quæ alias essent denominata, absque injuria textus paulo ante producti, illud non stricte vincendum, libenter concedit. Et quis ita rudis rerum politicarum, quod alii serenissimi Principes hujus privilegii effectum, & quidem recte secundum voluntatem Casareæ Majestatis, ad omnes suas ditiones tam ante privilegium, quam postea conquistas, adhibeant. Facultati *Imperatoris, & Electorum* quidem penitus est relictum, privilegiorum sensum vel contrahendi, vel protrahendi. Cum autem omnium privilegiorum latitudo tam perspecta, & neque Imperatores, multo minus Electores de exercitio aliquid detrahendi, occasionem invenere, quare Imperatoris invictissimi elementiam Saxonix Duces intra angustos terminos continere, laborarent, cum tamen beneficium Imperatoris in eos non minus, ac in alios, ad eundem tenorem & valorem benignissime sit collocatum, alii quoque Electores, e. g. *Palatinus, Bavarus*, simili ad alias terras extensione gaudent. conf. *Dn. LVDEWIG. ad Tit. XI. Aur. Bull.* Quæ ad loca autem aliquis remittere possit, ea de familia

Electores

Electoralium tantum sancire ; Sed si in memoriam revocas, familiæ Ernestinæ Electoralem dignitatem propriam fuisse, ea ad Albertinam translata, privilegium per tot annos nihilominus quiete obtinuisse, renovationes & confirmationes ab Imperatoribus cum consensu Electorum perpetuo esse impetratas : vid. Ferdinandi privileg. 1599. dubium penitus evellitur, & extirpatur. Conf. CARPZOV. *Diss. de priv. El. & Duc. Sax. de non appell. Cap. 5. §. 52. seqq.*

§. XII.

Si objicitur : terras *Turingicas, Misnicas, Non ob-* & *Hennebergicas* Ducibus Saxoniarum antea non de- *stante an-* votas, sine impedimento in omnibus gravamini- *teriore u-* bus ad Cameram imperialem provocasse, ita ut sic *su contra-* consuetudo fecerit legem : respondeo : consuetudo *rio.* autem contraria lege evertitur, *leg. 32. §. 6. C. de Ap-* pell. & cum Duces Saxoniarum Serenissimi contrariis *maxi m-* usibus violari privilegium vi potestatis suæ & pri- *ongi ad* vilegii prohibeant, ex nunc ad diligentissimam ob- *regulatio* servantiam subditi adiguntur. Porro, quod dictum privilegium ad eas regiones, quibus jus Saxonium maximi momenti, tantum referri debeat, sicut verba Ducum Saxoniarum in privilegio Ferdinandi ipsa comprobare videntur, daß das Haus Sachsen mit einem sonderlichen Recht ic. hæc causa quidem narrative, non vero una interseritur, §. 199. expresse dicitur daß ein jeglich Amt oder Stadt sein sonderlich Recht hat. 199. itaque non de hoc vel illo jure specialiter, sed generaliter

de universis, in territoriis Saxonis ad usum conjunctis, juribus & consuetudinibus loquuntur, atque Imperatores ea narratione tanto melius convincere student, ex nullis validis atque urgentibus motibus aliorum judiciorum auxilia sollicitare subditos, propterea quod in territoriis tam jura quam judicia, cuique suum pro dignitate tribuentia, floreat. conf. KNICHEN. *de Saxon. non provoc. jur. Cap. 3.* RICHTER. *Vol. 1. part. 6. consil. 1.* Non omitenda *l. 3. Cod. de Leg. & Const.* ubi aperte, vim cogendi habere, a superioribus quolibet modo statuta omnia: Nullum igitur receptaculum contra privilegium aliquid tentantibus patet, sed viribus privilegii, tanquam ex lege, ad perpetuam culturam obstringuntur.

§. XIII.

Nec excusat ignorantia privilegii.

Cum tot leges, tot constitutiones, tot rationes hujus privilegii, partim ab Imperatoribus, partim a Ducibus Saxoniae in publico aspectu, nec ulla ratio a contraria parte, qua privilegium stricte & non late ad omnes terras sit derivandum, producitur, acquiesco in textibus *Auree Bullae & Privilegiorum*, atque ita in sententia, privilegium de non appellando omnes subditos Saxon. *Thuring. Misn. & Henneberg.* includere, quoniam privilegium Ducibus Saxoniae tanquam singularis gratiae Caesareae signum omnibus temporibus salvum mansit, Imperatoresque suis judiciis haud minus, ac Ducum subiectis gravissime interdixerunt

runt, appellationes accipere vel deferre : Quibus autem ex ignorantia, vel negligentia factis nullum præjudicium privilegiis inde exoriretur : Ferdinand. privileg. da auch jemandes von Chur- und Fürsten zu Sachsen Erkenntnis Urtheil decret oder Abschied appellation, supplication, reduction oder Berufung geschehe, so sollen Ihre Liebden denen zu deferiren nicht schuldig seyn, auch von uns, und unsern Nachkommen am Reich und an Cammer-Gericht nicht angenommen noch darüber inhibiret werden. Quæ privilegii verba, cum in clarissima luce versentur, nemo ignorantia excusatione se tegere poterit, est enim ignorantia vincibilis, oblivio legis & privilegii, conatusque ad contrarium in ordinatione provinciali Wilhelmi III. 1446. & Saxo-Gothan. p. 2, Cap. 1. tit. 1. §. ult. & Altenburg. p. 2. c. 1. tit. 1. §. Wäre es auch, siq. destinatam poenam subeunt : secundum l. 5. Cod. de leg. & Const. princip. non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem.

§. XIV.

Qui causas privilegii de non appellando, ejusque *Ob com-*
 usum ad subditos diffluentem, mente animoque e- *moda*
 volvit, statim erit persuasus, Ducees Saxonie nullum *communis*
 aliud commodum, ac subditorum proprium, expe- *amputan-*
 tere. Nam ad extranea, & longissime remota judicia, *di lites.*
 si litigantes se receperunt, bonitati suæ causæ sapius
 magis, quam æquum, confidentes, immensas operas,
 impensas & tempora consumserunt, ad extremum,
 quan-

quanta detrimentorum abundantia ex provocationibus ad extranea judicia circumfluere soleat, comperiant. Quæ cum Duces Saxoniz Serenissimi per indefessam sollicitudinem pro conservatione subditorum perscrutarentur, obligatio naturalis, inferiorum felicitates omnibus modis nutriendi, superiores quoque stimulare, *Novell. 149.* Serenissimi Saxoniz Duces benignas suas curas ad Curias optima forma instructas, personas Judicum officia obeuntes idoneas, juraque patriæ multa & utilia quoque collocarunt. Univerſis causis ita sublatis, quæ coram aliis judiciis jus suum quærendi, impellere queunt, nullus intelligo, quo modo quisquam, hæc beneficia omnia pro nihilo ducere, conetur? Pro hæc memoriæ est imprimenda ordinatio provincialis Ducis Wilhelmi III. 1446. Es sind bishero durch die Inwohner unserer Lande viel ausländische Gerichte gesucht, das dem Lande eine Unehr, und auch großer Schade, und auch ein mercklich Verderben ist, ic. iterum privil. Ferdin. Ihnen und Ihrer Unterthanen zum besten, zu beförderung und Fortsetzung der justitien in ihrer Liebden Landen. 1499.

S. XV.

*Querela
Nullitatis
& Appel-
lationis
differen-
tia.*

Contra privilegium de non appellando querelam nullitatis quidam instituerunt, occasionemque quæstionis, an querela nullitatis locum inveniat, obtulere? Potissimum est consideranda differentia appellationis & querelæ nullitatis. Nullitas, quod sit vitium & defectus ejus, quo ob transgressionem pro-

processus & solennitatum, aut jura constitutionis, sententia nullius roboris ac momenti habenda, describitur. ROSBACH. *process. civil. Tit. 72.* Nulla dicitur sententia, si judex incompetens & suspectus, vel actor aut reus aut procurator inhabilis, ordo judicii consuetus non observatur, & defectus contra aperta jura est ipsa in sententia. Hæc querela vel coram judice, qui nulliter judicavit, vel coram superiore deducitur: jure communi 30. annis, in Saxonia Electorali autem intra sex septimanas & tres dies: CARPZ. *part. 1. defn. forens. Const. 26. defn. 21.* Si in continenti potest probari, executio suspenditur; si non, absolvitur. CARPZ. *loc. cit.* In appellatione autem superior est adeundus, iniquitas sententiæ demonstranda, itaque judex a quo ulterius procedere, impeditur. Describitur, quod sit imploratio superioris, contra gravamen inferioris. LAVTERBACH. *Colleg. ff. Titul. Quæ sent. fin. appellat. rescind. Lib. 49. tit. 8.*

§. XVI.

Quæ subsidia juris, cum sint diversa, uno excluso aliud sibi vindicarunt practici, & lites ad Cameram imperialem ex Capite nullitatis contra privilegium de non appellando devolverunt. Eam sententiam tueri quia appellatio & nullitas essent separata juris beneficia, & uno sublato, non statim aliud etiam esset sublatum. vid. RVMELIN. *ad Aur. Bull. p. 2. Diss. 2. §. 15. seq. ibique MTLER. addit. SCHÜTZ. colleg. publ. de stat. rei. Rom. V. 1. D. 7. hb. 26. lit. i.* LAVTERBAH. *colleg. ff. L. 49. t. 2. §. 7.* Equidem Dn. de LVDOLF, in *commentar. system de jur. Camer. p. 194.* censentit, sed cum limitatione, si Nullitas sit vera & evidens; alioquin non sufficere, si Advocatus eludens velit

velit privilegium de non appellando, rubricam supplicæ & narrata dirigendo ad nullitates, utendo loco gravaminum *iniquitatis* voce *Nullitatum* : ideoque propofita supplicatione & examinata, an querela fit vera vel ficta, tunc vel accipienda, vel rejicienda ; iniquitas, iniquiens, pro nullitate non habetur. CARPZOVIVS *de leg. reg. Germ. Cap. IX. Sect. 7. n. 10. sqq.* eidem ſententiæ accedit; Ipſe tamen *in Diſſert. de priviil. El. & Duc. Sax. de non appell. cap. 6. §. 67. & ſeq. cum Hartm. Piſtoris & Petr. Heigio. nec non KNICHEN. Cap. I. de Sax. non provoc. jur. contrariam longiſſime defendunt, quia appellatio & querela nullitatis in effectu idem, & Principis gratia non debeat fieri eluſoria, quæ ſecundum meum judicium applauſu digniſſima. Si querela nullitatis permittitur, privilegium de non appellando viribus exiit. Nullitas lites tam, quam appellatio ad aliud judicium extrahit, judicemque male judicaffe, ſicut in appellatione, arguit, ſuperiorisque auxilium contra gravamina inferioris implorat, ſententiamque reformari, deſiderat. Beneficio de non appellando dicta autem in totum adverſantur, Ferdinandusque in renovatione Privilegio inſenſa ſubſidia omnia e medio tollenda curavit, ſequentibus: *Weder an uns oder unfere Nachkommen an Reich oder Cammer-Gericht, oder jemand anders appelliret, ſuppliciret, noch reduciret werden ſoll, noch mag ic. paulo poſt: da auch jemandes von Chur und Fürſten zu Sachſen Erkenntnis, Urtheil, decret oder Abſchied appellation, ſupplication, reduction oder Berufung geſchehe, ſo ſollen ihre Liebden zu deſeriren, nicht ſchuldig ſeyn, auch von uns und unſern Nachkommen am Reich und Cammer-Gericht nicht angenommen, noch darüber inhibiret werden.* Nequeo idcirco penetrare, quali
excu-*

excusatione, contra dilucidum privilegii textum nullitas uteretur? Qua alia ex causa tam multa juris beneficia, justitiam confectandi, in Saxonia sunt instituta, leuteratio, superleuteratio, supplicatio, judicium provinciale aulicum, & appellatio? quam ut res litigiosæ juste, bene, & breviter ad exitum optatum perveherentur. Ne minima ergo obviam venit occasio, querelam nullitatis arripiendi, cum nemo sibi persuadere poterit, in tam multis variisque instantiis, si iniqua sententia sit dicta, eam semper & sine reformatione tolerari. Ferdinand. privileg. also daß sich einige Parthey des Ueberseilens, und daß sie mit ihrer Nothdurft nicht gehöret worden, nicht zubeschweren hätte. Consent. B. de LTN-CNER. analect. ad Schroeder. jur. publ. part. spec. S. 1. c. 11. S. & analect. ff. L. 1. t. 11. th. 13. SCHILDER. exer. ff. 5. §. 6. seq.

§. XVI.

Unica & legitima causa, contra privilegium ad Camera imperialem provocandi, est *denegata* (sub qua comprehendit *protractam*, LIMNAEVS ad A. B. cap. 11. §. 2. obs. 2.) *justitia* Tit. XI. Aur. Bull. quamdiu non fuerit *Justitia denegata*, & §. 4. in defectum vero *justitiæ* liceat appellare. Cum enim Electoribus Ducibusque Saxonix privilegium de non appellando propter eximiam eorum vigilantiam pro *justitia*, sapientiam, anxietatemque de salute subditorum, Tit. 3. Aur. Bull. concederetur, his causis cessantibus, privilegium non minus effectu vacare debet: CARPZ. Sect. 7. Cap. 9. de leg. reg. Germ. & Dissert. de privil. El. & Duc. Sax. de non appell. cap. 6. §. 63. Add. ROMVLIN. ad A. B. p. 2. Dissert §. 13. ibique MYLER. addit. Notatu dignissimus textus *Jur. Canon. Caus. XI. Quest. 3. Can. 63.* existat: privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi potestate abutitur. Præcipuum Imperantium officium in administratione *justitiæ* acquiescit, cum ad omnes actiones & negotia sublime commodum conferat. l. 1. ff. de Inst. & jur. firmissimumque reipublicæ præsidium sit, utilitasque & securitas

ritas superiorum sine iustitia vacillet vel jaceat potius, omni cura atque studio eo est connitendum, ut nemo lædatur, *l. 10. ff. de Just. est. jur.* Præclaram sentiam ea de re in aspectum eduxit GROTIUS de *Jur. B. & P. Libr. II. Cap. 24. §. 7.* Iustitia rectoria ex ipsa regiminis natura superiorem non minus ad curam pro inferioribus, quam inferiores ad obedientiam obligat. Hinc ad speciem iustitiæ denegatæ non dubitarem referre, si subditis jura quæ sita, præsertim in causâ meritis, citra necessitatem publicæ salutis, via facti, non juris, auferentur ex plenitudine potestatis per sententias *enormes & irregulares* seu *ex leges durch unzeitige Macht Sprüche*: nam duplicem in uno territorio iustitiam statuere, non minus absurdum erit, quam si duplicem unius hominis animam quis fingere velit, ut cordate scribit *Casp. ZIEGLER. in dcastic. concl. 36. §. 14. in fin.* Conf. *Martin SCHRADER. de sentent. ex plenit. pot. laicis, von Macht Sprüchen. cap. 5. §. 1. junct. c. ult. in d. c. Pet. Anton. de PETRA, Placentin. §. Cii. tr. de jur. quæsit. non tollend. per princip. c. 24. & passim.* Ad iustitiæ administrationem plenissimam Duces Saxonix Serenissimi Imperatoribus ex promissione in omnibus renovationibus & confirmationibus implicite facta, quoque sunt adstricti; ideo sicut luce meridiana clarius, tantas operas in iustitiæ administratione ponunt, cujus testimonia omnibus exceptionibus majora ordinationes provinciales, jura atque judicia, tot instantiæ subordinatæ, judicia infima, intermedia, suprema, etiam concurrentia, ita in sua integritate jurisdictionis stabilita, ut nulli subditorum, vel extraneorum, jus & iustitiam quarentium, via eligendi iustitiæ asyllum sit præclusa aut præcisâ, & sic nullus de denegata Iustitia, nisi calumniandi animo, unquam lamentari, potius affirmare potuerit, in terris Saxonicis *l. 2. ff. de leg. verbis utens. legem esse principem, ducem, & reginam omnium divinarum & humanarum rerum.* Sic enim raro aut nunquam exitum sortitam fuisse illam querelam, cum *MINDANO de mandat. c. 53. v. 23. seqq.* monet *B. de LYNCHER. loc. cit.*

Summa Deo soli gloria laus & honor.

Errata quæ benevole
emendanda.

- P. 10. lin. 7. *extendendum*
P. 41. lin. 23. *MYNSINGER, cent. 2. obs. 77.*
lin. 31. *consentit*
P. 43. lin. 13. *LYNCKER*
lin. 14. *SCHILTER*
lin. 27. *RVMELIN*
P. 44. lin. 3. *sententiam*
lin. 9. *aufferrentur*
lin. 10. *enormes*
lin. 14. *ZIEGLER*
lin. pen. *LYNCKER*

Lista que benevole

concedida.

- 1. de la p. 1. de la p. 1.
- 2. de la p. 2. de la p. 2.
- 3. de la p. 3. de la p. 3.
- 4. de la p. 4. de la p. 4.
- 5. de la p. 5. de la p. 5.
- 6. de la p. 6. de la p. 6.
- 7. de la p. 7. de la p. 7.
- 8. de la p. 8. de la p. 8.
- 9. de la p. 9. de la p. 9.
- 10. de la p. 10. de la p. 10.



00 A 6431

ULB Halle

3


002 928 116



86

VD 17







DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA,
DE
**PRIVILEGIO SAXONICO
DE NON APPELLANDO AD
TERRAS MISNICAS, THVRINGI-
CAS, ET FRANCONICAS
EXTENDENDO.**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. GVILIELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
WESTPHALIAEQVE ETC. COMITE ITEM SAYNAE ET
WITTGENSTEINII, ET RELIQA,
EX DECRETO INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
IN ACADEMIA SALANA
SVB MODERAMINE

IO. FRIDERICI HERTELII, D.
INSTIT. IVR. PROFESSORIS ORDINARIJ, CVRIAE PROVINC. SAX. COMM.
FACVLT. IVRID. ET SCABINATVS ASSESSORIS,
PRO GRADV DOCTORALI

EIVSDEMQUE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS
IN AVDITORIO PVBLICO

AD DIEM *FEBRVARII* *cl* *Id* XXXIV.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISIONI SVBMITTIT
AVCTOR ET RESPONDENS

IOANNES CHRISTIANVS VVAITZIVS,
GOTHANVS.

—
IENAE, EX OFFICINA MVLLERIANA.